

delabris palliis aliisque ecclesiastici ordinis ornamentis contuli—, totum usibus fratrum per manus advocati mei tradidi deo et sanctis eius^{a)} pro^{b)} animabus predictorum seniorum meorum imperatorum et mea omniumque^{b)} successorum meorum et eorum, quorum patrimonia adquisivi, quatinus servitores Christi ab omni terreno servitio liberi, sub defensione et patrociniis successorum meorum episcoporum^{c)} premuniti, in pace et misericordia quieta tempora ducant et in salutem^{d)} viventium beatae contemplationi inhereant. Si quis autem aut mei ordinis successor aut aliqua secularis persona hoc effringere voluerit et haec tyrannice sibi usurpare presumpserit, gladio verbi dei a deo et sanctis eius illum submoveo, ut incumbente super illum omni maledictione careat benedictione, sicque exterminatus a caelo et terra partem habeat cum Iuda et cum his, qui in hereditate possident sanctuarium dei (Ps. 82, 13). Insuper heredes, dei et nostra licentia, in suos usus sua studeant repetere, dum vident alienum invasorem in suis patrimoniiis debachare.^{e)} Et ut hoc firmum et inconvulsum permaneat, dei gratiam omnis circumstans plebs exorando semper optinere studeat.

Actum in Hildeneshem kal. nov. anno incarnationis domini MXVIII, Bernwardi^{f)} autem huius aecclisiae venerabilissimi pontificis ordinationis anno XXVII.

Ego Bernwardus huius Hildeneshemensis ecclesiae episcopus subscribo †.

(57 weitere Unterschriften.)

- I Meditativer Teil: die Beziehungen zwischen Schöpfer und Menschengeschöpf.
a: allgemein, b: biblische Beispiele.
- II Narrativer Teil: Bernwards eigne Erfahrung.
a: Pläne bis zur Bischofswahl,
b: Verwirklichung in der Gründung von St. Michael.
- III Dispositiver Teil: die Dotation an St. Michael.

^{a)} fehlt A. ^{b)} *pro bis omniumque* auf Rasur von etwas späterer Hand A.
^{c)} fehlt T. ^{d)} *salute* A. ^{e)} Hier endet T. ^{f)} *w* statt des üblichen *uu*
 Janicke.